Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93
Signatur:	Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Preceptis tuis pie parui beatissime pater augustine
atque utinam tam efficaciter quam libenter quamquam ego in utramque
partem parum de explicato mouear recte an secus
egerim Tu enim iam isto iudicio laborasti utrum hoc quod
preceperas possem Ergo aut solius obediencie si tamen uoluntate
conatuque decoratur testimonio contentus sum Nam et in magna magni
patrisfamilias domo cum sint multa diuersi generis ania-
lia adiumento familiaris rei commoda non est tamen canum cura
postrema quibus solis natura insitum est uoluntarie ad id quod
preparantur urgeri et per ingenitam quandam obediencie formulam
sola disciplinati timoris expectacione suspendi donec ad permittendi
licenciam nutu signoque mittantur Habent enim proprios appetitus
quantum brutis excellenciores tantum racionabilibus appropinquan-
tes hoc est discernere amare seruire Nam discernentes inter
dominos et extraneos non eos quos insectantur oderunt sed pro hiis
quos amant zelant et amantes dominum ac domum non quasi ex
natura apti corporis uigilant sed ex consciencia solliciti amoris in-
uigilant Unde etiam mistico sacramento in euangeliis quod edant
micas catelli de mensa dominorum suorum et chananea non erubuit
dicere et dominus non fastidiuit audire Beatus etiam thobias duce
angelo sequentem canem comitem non spreuit Hinc igitur generali
amori tuo speciali amore constrictus uoluntati tue uolens parui
Nam tam subiectio mea precepto paternitatis tue factum debeat
totumque quod ex te est ad te redeat opus meum hoc solo cumulatius
reddidi quod libens feci Preceperas ergo ut aduersus uaniloquam
prauitatem eorum qui alieni a ciuitate dei ex locorum agres-
tium competis et pagis pagani uocantur siue gentiles qui a ter-
rena sapiunt qui cum futura non querant preterita autem obliuis-
cantur aut nesciant presencia tamen tempora ueluti malis extra
solitum infestissima ob hoc solum quod creditur christus et colitur deus
ydola autem minus colantur infamant Preceperas ergo ut ex omnibus
qui haberi ad presens possunt hystoriarum atque annalium fastis quecumque
aut bellis grauia aut corrupta morbis aut fame tristia aut
terrarum motibus terribilia aut inundacionibus aquarum insolita
aut erupcionibus ignium metuenda aut ictibus fulminum plagisque
grandinum seua uel etiam parricidiis flagiciisque missa per transacta
retro secula repperissem ordinato breuiter uoluminis textu expli-
carem maxime quia reuerencie tue preficiendo aduersus hos ipsos
paganos undecimo libro insistentem quorum iam decem orientes
radii mox ut de specula ecclesiastice claritatis elati sunt toto cor-
de orbe fulserunt leui opusculo occupari non oporteret et